

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1320

Auteur(s) : Henri de Magny [particulier]

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1284, août

Lieu d'émission : Saint-Loup

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Henri de Magny vend et garantit au chapitre de Bayeux, pour l'obit de Robert de Caen, vicaire de l'église cathédrale, une rente annuelle sur un masuage tenu par hommage à Saint-Loup : le chapitre lui donne 14 livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° DXLVII, t. 2, p. 299-300.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentis et futuri quod ego Henricus de Maigneyo vendidi, concessi, et penitus dimisi capitulo ecclesie Baiocensis viginti et duos solidos Turonenses, et unum caponem annui redditus, quæ percipiebam annuatim, videlicet undecim solidos Turonenses, dictum caponem ad Nativitatem Domini, et undecim solidos Turonenses ad Nativitatem beati Johannis Baptistæ, per manum Johannis Yvonis, in uno masuagio, quod de me tenebat per homagium situm in Porta Arborea, inter masuagium hæredum Michaelis Sebrien, ex una parte, et domum Thomassiæ, filiæ Odelinæ, ex altera : tenendum et habendum dictum redditum dictorum viginti duorum solidorum et dicti caponis, cum homagio dicti Johannis, et cum omni jure et dominio quæ habebam et habere poteram in dicto masuagio, sine reclamatione aliqua mei et hæredum meorum in dicto masuagio de cetero facienda, salvo jure domini capitalis. Qui dicti redditus dictorum viginti duorum solidorum et dicti caponis singulis annis distribuetur, die obitus Roberti de Cadomo, avunculi Roberti de Cadomo, vicarii in ecclesia Baiocensi, canonicis, vicariis et clericis de choro Baiocensi, qui intererunt ejus obsequiis, secundum consuetudinem ecclesie antedictæ. Et ego dictus Henricus et mei hæredes tenemur et debemus dictum redditum dictorum viginti duorum solidorum Turonensium et dicti caponis, cum dicto homagio, garantizare dicto capitulo contra omnes, vel excambiare alibi, in nostra propria hæreditate, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Pro hiis venditione, concessione, dimissione, garantizatione, defensione, et excambiatione, dictum capitulum dedit michi, de bonis dicti Roberti vicarii, quatuordecim libras Turonenses in pecunia numerata. Et, ut hoc sit firmum et stabile in perpetuum, istud præsentis carta et meo sigillo confirmavi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducesimo octogesimo quarto, mense augusti, coram parrochia Sancti Lupi Baiocensis.